



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

Quod poetæ responsi laudabantur quasi diuini Cap. xij

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

116 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

Excedit cunctas exculta pelasgica tellus,
 Thraces equis præstant, uirtus sed maior eorum
 Est hominum, qui pulchræ Ærethusaæ e gurgite potant.
 Non uidetis certe o Apollo aruspīcibus & augurībus melior, Mul
 to em te Socrates p̄stantior, qui cum ab eo q̄dam q̄reret, duceret ne
 uxorē, utrum facies inquit, poenitebit. Ille yō o q̄ filios desyderabat,
 dixisse fertur, non recte ip̄um facere, quod de habendis cogitet libe
 ris, cū potius cogitandum sit, quomodo si dabunt, debent gubernari.
 Ei uero qui patriam deserere uolebat, quoniam infeliciter in ea
 degeret, non proba ipsum agitare respondit cōsilīa, patriam em re
 linquebat, sed si uam morositatē quæ faciet, ut apud alios quoq; non
 prospere uiuat, secum afferebat. Tu autē o Apollo non modo uo
 catus, sed etiā sponte nōnullis consulisti. Nam Atheniensibus ni
 hil petentibus uiginti ante uigintiq; post caniculares dies opaca in
 domo Dionysio uti medico cōsulisti, nec p̄clarum quid, sed quod
 uel mediocriter peritus medicus sciret protulisti. Quod uero seni
 cuidam si liberos procreare uellet, iuniorem ducendam uxorem re
 spondisti, quidlibet, id qui naturæ uires ac ætatum consyderauit,
 non peius te ipso uideret.

Quod malefici trates partem quæstus petebant.

CAP VT XI.

Cur autē ei sapientissime deoꝝ Charialo ac Archelao La
 cedæmoniorum regib; multo utilius fore respondisti, si
 agri quē bello acq̄suerint, medianam Apollini partem attri
 buerunt. Cui porro alteri Apollini tribuerēt? Nō em tibi
 petebas, nec ita ego te imprudentē audeo dicere. Sint hæc.

Quod Poetæ responsis laudabantur quasi diuini.

CAP VT XII.

Archilochum autē poetam omnium poetarꝝ petulantissi
 mum, q̄ de mulierib; ea scripsit, q̄ nemo frugī æquo ani
 mo audiret, & Euripidem a Socratica philosophia impro
 batus, & Homerꝝ, quem Plato tanq; inutilem a ciuitate
 sua reppulit, laudibus ad astra tulisti. Archilochi em patri de filio q̄/
 renti dixisti. Præclarus hic inter homines erit o Thelesicles. Simili
 ter fere de Euripide. Nascerēt tibi filius Mnesarchides optimus atque
 glo: i/

gloriosus. Homerum autem & felicissimum quasi deum, & miserum, quoniam in ageda vita non parvostulit labores pronunciaisti. Quid igit erat, quo immortalitas tibi Archilochus dignus uidebat? Dic queso absq; inuidia, ut mirabile eius uirtutem etiam nos imitati, ad cœlum similiter cōscendamus. An uituperandas omnes mulieres putas, q; nobis nubere nolint, ut Archilochus fecit? Sed propter carmina uidelicet tibi placuit, dñs em & uiri diuinū carmine utunt, nec domus, nec ciuitas aliqua, nec nationes sine carmine p̄be gubernant. Quare qui eum occidit Archias a tēplo, quasi celestus exire abs te iussus est, Musarū enim occidit amicum. Qua yō uirtute dñs Euripidē admirati sunt nescio, nisi coronas ac plaudentia theatra soleant admirari, an q; a publice in arce Atheniensium coenaret? an q; a Macedonum populi eum laudabat, cœlo dignum iudicasti? Homerum yō cur deum, cur felicē fore putabas? cui de morte interroganti respondisti, patriam quare. Nam hanc mater tibi non pater dedit. Sed non procul a Minois tellure insula est, in qua tibi erunt ultima fata, cum adolescentium abditum sermonē audies. Graue nancio sapientissimi uiro, deorum uolui dicere, graue inquam est, si neq; ubi natus est, neq; ubi moriet sciet Homerus. Simileq; mihi uideat ac si Scarabeus uehemētia uentore a stercore ubinatus est, ad alia stercora latut Delphicū Apollinē interrogaret, quonā e stercore natus esset, & in quo deniq; moreret. Sed de Poetis hactenus.

Quod Athletæ diuinis honoribus autoritate Apollinis afficiebantur. CAPVT XIII.

TUero non Poetas solummodo, sed pugiles etiam atque Athletas in deorum tuis oraculis honores conduxisti. Ut nam cum mare metiri possis, & harenarū numerum non ignores, surdos intelligas, & mutos audias, haec omnia nescires, & illud probe teneres, q; a pugiles a calcitrantibus nihil differt. Sic enim aut asinos quoq; deos putares, aut Diomedem pugilem, non quasi deum honorares. Ultimus heroum Diomedes, quem uenerator sacrif. Cur enim o Græcorū interpres, ut Plato dicit, ad cœlum illum hominem rapuisti? An q; uno ictu in olympico certamine aduersarium deiecit, apertisq; pectoribus eius, manu pulagonē abstinxit? O rem mirabile! An q; a quattuor talentis damnatus non tulit, sed

1 iij mœrore